

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam intelleximus in isto Conuentu sancti Augustini sub cura, et custodia dilecti filij Nicolai fratris dicti Conuentus esse quamplurima bona, ad Joannem Paulum, et nonnullos alios rebelles nostros pertinentia: Mandamus istuc ad illa pro nobis capiendum, et huc deferendum dilectum filium Antonium Parafrenarum nostrum tantum latorem. Quare vobis hanc serie precipimus et Mandamus ut eidem Antonio omni vobis auxilio, et favore assistatis, ut bona huiusmodi omnia integre ei tradantur, et consignentur, eaque ad nos deferre possit, prout ab eo requisiti fueritis, Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die xxviii. Januarii. M. cccc. iij. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Hadrrianus;

Mandati Alexandri PP. VI. ^{87.} Conrati Aquependici pro favore dando Dno
Antonio Parafrenis suo pro capiendis bonis hannis Paul. et alijs De-
ballis, que erant in conueta s^{ci} Augustini et deferendi ad. I. su-
mi Pontifici sub anno 1503.

Dilectis filiis Antepositis et Comuni
terre nostre Aquependentis.

